


EPISTULA LEONINA

CXCIV

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXCIII** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM NONAGESIMAM QUARTAM (194) !

ARGUMENTA

MEDICE CURA TE IPSUM.....	03
NUNTIUS LUGUBRIS: Rubricastellanum animam efflavisse.....	04
FABELLA GRIMMIANA: <i>Dat Erdmänneken</i>	05-10
VOCABULA TRANSPORTATIONIS ET VEHICULORUM (II).....	11-16
VOCABULA DANIELIS BLANCHARD MUSICA.....	17-27

LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS SAL.PL.DIC.


Cara Lectrix, Care Lector,

nunc tandem tibi offero Epistulam Leoninam centesimam nonagesimam quartam (194). Sive argumenta tibi placent sive displicent, scribas nobis quidquid tibi in buccam venerit. Gratias tibi ago in antecessum.

Denuo cena tibi apposita est opipara: tolle lege fruere!

Medullitus Te salutat
Nicolaus Groß

Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



<http://www.leolatinus.com/>

LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
Die Saturni, 23. m.Mart., a.2019**



MEDICE CURA TE IPSUM

Ἴατρόε, θεράπευσον σεαυτόν.

LUCAS 4,23 ²³ Et ait illis: »Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura te ipsum! Quanta audivimus facta in Capharnaum fac et hîc in patriâ tuâ«.

Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην· ἱατρόε, θεράπευσον σεαυτόν· ὅσα ἠκούσαμεν γινόμενα εἰς τὴν Καφαρναούμ, ποιήσον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου.

**NUNTIUS LUGUBRIS
RUBRICASTELLANUM
ANIMAM EFFLAVISSE
(*7.4.1934 +17.1.2019)**



ECCE RUBRICASTELLANUS (*Dr. Karl-Heinz Graf von Rothenburg*)
interpres *Asterigis* atque *Obeligis* Latinus violinâ admirabiliter canens
<https://www.youtube.com/watch?v=Rh5Gnl5LEtY>

Lugent Musae, lugent omnes amici Latinitatis Vivae:

Sero accepimus Rubricastellanum, ingeniosissimum interpretem Latinum *Asterigis* atque *Obeligis* et confectorem editionum nubecularum *Belli Helvetici Caesariani Ovidianarumque fabellarum*, d.17. m.Ian. a.2019 fatis concessisse. In actis diurnis Aquisgranensibus (Aquisgranum = *Aachen*) d.19. m.Ian. a.2019 publicatum est praeconium lugubre, cui insunt haec verba Ovidii et Vergilii:

MORS NOBIS TEMPUS HABETUR INERS !
OVIDIUS, Epistulae ex Ponto I 5,43
VIXI ET QUEM DEDERAT CURSUM FORTUNA PEREGI.
VERGILIUS, apud Senecam, De vita beata XIX,1

Sit ei terra levis.

FABELLA GRIMMIANA

91. De gnomo¹ sive virunculo² subterraneo



Aliquando fuit rex dives, qui habuit tres filias, quae cottidie ambulabant in horto castelli; rex autem, qui magnus fuit amator arborum pulchrarum, quandam arborem amabat tam vehementer, ut quicumque mâlum aliquod ex hac arbore carpsisset, eum exsecraretur atque devoveret; exoptavit enim, ut talis trifur sub terram ageretur in locum centum tensis³ remotum. Autumno veniente mâla huius arboris colorem ducebant sanguineum. Tres filiae autem omni die ibant sub arborem et videbant, num vento mâlum aliquod correptum decidisset, sed nullo die vitae suae fructum huius arboris invenerunt humi positum, quamquam eadem tam plena erat mâlorum, ut videretur

¹ +gnōmus, -ī m. orig. *Erdmännchen*. cfr Friedrich Kluge, *Etymologisches Wörterbuch der deutschen Sprache*, 21. Auflage, Berlin/New York 1975, s.v. Gnom, p.264: „Gnom m. ‚Erd-, Berggeist‘. Paracelsus prägte das Wort zugleich deutsch und lateinisch. Anfang der 1530er Jahre: gnomus, m. (I,14,124)- ...mlat. **gnomus**..., in Anlehnung an gr. *gnōmē* ‚Verstand‘. Daneben erwägt gr. **gēnōmos* ‚Erdbewohner‘. Murray, *New Engl. Dict.* 4,247. Belegt ist aber nur *thalassonómos* ‚im Meere lebend‘.” – cfr ἡ γνῶμη ‚ratio, intellectus‘.

² **virunculus**, -ī m. *Männchen, Männlein*. cfr Jakob Bayer, *Paedagogus Latinus Germanae Juventutis*. Moguntiae 1733, p.403: “virunculus,i m. Männlein”

³ +tēnsa, -ae f. theod. *Klafter*; angl. *fathom*; fr. *tois*; hisp. *braza*; ital. *tesa*..

diffringi, et rami dependebant usque ad humum. Tum filia rēgis minima natu tale m̄lum comedere vehementer cupiens sorori dixit haec: »Atta noster nos multo pluris diligit quam ut nos devoveat; puto ab eo neminem devoveri nisi homines alienos«. His dictis puella m̄lum perquam crassum decerpsit et prosiluit ad sorores et: »Ah« inquit, »gustate hunc fructum, carae sorores, hoc m̄lum melius sapit quam ullum aliud quod umquam comēdi in totâ vitâ meâ«. Cum autem duae filiae rēgis ceterae etiam m̄lum momordissent, omnes tres illapsae sunt sub humum, ut supra terram ne ullus quidem gallus caneret, quonam loco versarentur.

Tempore autem meridiano rex filias suas advocaturus, ut secum pranderent, easdem nusquam invēnit. Quas quaesivit ubique, in castello et in horto, sed non invēnit. Tum animo valdē contristato omnes incolas terrae admonuit, ut filias suas quaerent eique, qui filias ad se reducturus esset, promisit, ut unam ex filiabus in matrimonium duceret. Deinde permulti iuvenes per campos ierunt omnibus viribus supraque omnes modos quaesiverunt, nam omnis eorum illas puellas dilexerat, quia erga omnes homines se gesserant comiter atque affabiliter necnon faciebus fuerant pulcherrimis. Tres quoque venatores catulastrī profecti per octo dies cum migravissent, venerunt ad magnum castellum, cui inerant bella conclavia, quorum in uno erat mensa cibus oblecta dulcibus, adhuc calidis et nidorosis; sed in toto castello nullus visus est homo nullusque auditus.

Deinde per dimidium diem exspectaverunt, tamen cibi manserunt calidi atque nidorosi; at tum denique esurire coeperunt, ad mensam consederunt, comedere coeperunt magno cum appetitu ciborum. Inter eos convēnit, ut in castellis manerent habitantes, et sortirentur, quisnam in domo mansurus esset duobus ceteris filias quaerentibus; sorte electus est filius natu maximus. Postridie duo minores profecti sunt quaesitum, maximus domi remansit. Die autem Mercurii ad domum vēnit gnomus, quidam virunculus, qui rogavit frustulum panis; tum venator frustum de pane ibi invento secuit idem virunculo daturus. At cum ei frustum traderet, gnomus frustum amisit, ut decideret, et venatori iuveni dixit, ut frustum tolleret sibi redderet. Hoc iuvenis facturus dorsum flexit, sed tum gnomus baculo apprehenso venatorem capillis correptis luculenter mulcavit. Postridie


domi remansit venator natu secundus et de eodem non melius factum est. Ceteri duo vespere cum domum revertissent, maximus rogavit minorem: »Heus amice, quid factum est de te?« - Tum ille: »O, male me habui«. Deinde unus alteri questus est de incommodo suo, sed minimo venatori nihil de hac re dixerunt, nam illum non diligentes semper appellabant Iohannem stultum, quia erat rerum humanarum parum prudens.



Tertio autem die domi remansit natu minimus; tum gnomus reveniens rogavit frustulum panis. Frustulum autem acceptum virunculus denuo amisit, ut decideret et dixit iuveni, eundem gratum sibi facturum esse, si sibi frustulum redderet. Tum Iohannes dixit gnomo: »Quid? Nonne tu ipse potes tollere hoc frustulum? Si ipsi cibo cottidiano servando ne tantulam dedisti operam, dignus non es, qui eum comedas!« Tum gnomus irâ incensus dixit sibi hoc esse faciendum. Sed Iohannes impigrê improbulum virunculum correptum luculenter permulcavit. Tum gnomus maximâ voce clamavit: »Desine, desine et parce mihi; deinde tibi dicam, ubi sint filiae rēgis!«

His auditis Iohannes non iam mulcavit; virunculus autem narravit se esse gnomum subterraneum, talium esse aliquot milia, ut venator secum ad illos iret, deinde se illi monstraturum esse, ubi essent filiae rēgis. Tum gnomus Iohanni monstravit puteum altum, in quo non iam fuit aqua. Tum autem gnomus dixit se bene scire socios Iohanni haud bene velle, et si is filias rēgis vellet redimere, necessarium esse, ut hoc

faceret solus. Duos fratres ceteros velle quidem etiam accipere filias rēgis redditas, sed nolle hac de causâ exanclare labores atque subire pericula.



Ut filias redimeret, necessarium esse sumere magnum corbem, eidem cum cultro cervicidali⁴ et tintinnabulo insidere, et curare, ut corbis trochleâ adhibitâ in puteum devolveretur. Infra sita esse tria conclavia; omni eorum filiam rēgis insidēre, cui draco multiceps esset permulcendus: a venatore autem omnium draconum capita esse decīdenda. His omnibus dictis gnomus evasit. Cum advesperasceret, ceteri duo venatores venientes ex Iohanne quaesiverunt, quidnam ei factum esset. Tum îdem: »O fratres« inquit, »haud male me habui«; se nullum hominem vidisse nisi meridie, quo venisset virunculus, qui rogasset de frustulo panis; quod acceptum istunc virunculum amisisse, ut decideret, seque rogasse, ut tolleret. Cum ipse noluisset hoc facere, virunculum coepisse minari; hoc autem sibi cum displicuisset, se virunculum permulcasse; tum eundem sibi narrasse, ubi essent filiae rēgis. His auditis duo venatores catulastrī ceteri vehementer stomachati sunt iisdemque bilis est commota. Postridie mâne unâ ierunt ad puteum et sortiti sunt, quis primus corbi insessurus esset. Sors autem contigit natu maximum; qui tintinnabulo accepto insedit corbi. Tum îdem: »Si tintinnabulum quassero« inquit, »necesse erit, ut vos me celeriter sursum retrahatis«. Is venator vix infra advēnit, cum iam quassit tintinnabulum; quo sono audito ceteri fratres maximum trochleâ retraxerunt. Deinde alter frater insedit: qui eodem modo se gessit. Nunc ordo vocavit fratrem minimum, qui curavit, ut demitteretur usque ad locum infimum. Cum e corbe escendisset, cultro

⁴ culter cervicīdālis: theod. *Hirschfänger*.


cervicidali correpto iit ad ianuam primam audivitque auribus arrectis: tum audivit draconem magnâ voce rhonchantem. Deinde lentê aperuit ianuam; in conclavi sedebat filia rēgis, in cuius gremio iacebant novem capita draconum, quae permulcebat. Tum Iohannes cultro cervicidali destricto novem capita decēdit. Tum filia rēgis prosiluit et Iohannem amplexa est et medullitus osculata; deinde ornamentum sumpsit, quod in pectore gerebat et quod erat vetere auro confectum iuvenisque venatoris collo circumdedit. Tum îdem iuvenis etiam adiit alteram filiam rēgis, cui draco erat permulcendus septem capitibus instructus; eam quoque redēmit. Deinde natu minimam quoque filiam rēgis redēmit, cui permulcendus erat draco quattuor capitibus instructus. Tres sorores inter se amplexae osculabantur gaudio completae nec desierunt hoc facere. Nunc frater minimus tintinnabulum quassit tam diu tamque vehementer, ut supra hoc audirent. Deinde filias rēgis unam post aliam corbi imposuit et curavit omnes tres sursum trahendas. Cum autem ordo eum ipsum vocaret, recordatus est gnomum dixisse socios suos sibi non bene velle. Tum magnum lapidem in terrâ positum sustulit corbique imposuit. Corbis cum per mediam ferê partem sublatus esset, fratres fallaces supra stantes restem dissecuerunt; quo factum est, ut corbis lapidibus completus decideret in putei fundum; supra stantes crediderunt Iohannem esse mortuum. Itaque iidem unâ cum tribus rēgis filiabus aufugerunt assecuti, ut puellae promitterent se patri dicturas esse se redemptas esse a fratribus maioribus. Sic venerunt ad regem, uterque filiam rēgis petivit in matrimonium ducendam.

Interea catulaster minimus perquam contristatus per tria conclavia huc illuc ibat; cogitavit sibi fore moriendum. Tum conspexit tibus e pariete suspensas et: »Cur« inquit, »hîc pendes? Hîc quidem nemo est hilaris!« Draconum quoque capita aspectans: »Vos« inquit, »etiam me non adiuvatis!« Îdem iuvenis tam vehementer huc illuc ambulabat, ut humus levigaretur. At subito exhilaratus tibus apprehensis cantilenam cecinit; tum sine morâ omni tono novo, quo modulabatur, novus apparuit gnomus. Iuvenis tam diu tibus cecinit, usque dum totum conclave plenum esset gnomorum. Qui omnes quaesiverunt, quidnam iuvenis vellet. Tum Iohannes dixit se velle redire ad lumen diurnum. Deinde cum omnis gnomus capillum aliquem venatoris corripuisset, unâ volaverunt ad terrae superficiem. Quam cum iuvenis supra

advenisset, sine morâ properavit ad castellum regale, ubi modo nuptiae cum alterâ filiâ rēgis praeparabantur; et iuvenis iit in conclave, ubi rex sedebat cum tribus suis filiabus. Quae filiae cum Iohannem viderent, animis sunt relictæ. Tum rex irâ incensissimus iuvenem in vincula conicere iussit putans illum filiabus malum adhibuisse. At filiae rēgis cum resipuissent, patrem rogaverunt, ut Iohannem dimitteret. Rex e filiabus quaesivit, quare sibi hoc faciendum esset, sed filiae dixerunt sibi non permissum esset, ut hoc narrarent. At pater dixit, ut hanc rem narrarent fornaci. Deinde exiit foras sermonemque filiarum ante ianuam aucupans totum audivit. Tum iussit duos fratres ex patibulo suspendi, et fratri minimo dedit filiam minimam.

Tum ego indui par calceorum vitreorum, tum lapidem offendi, tum calcei vitrei tintinnientes sunt diffracti.

* * * * *



FABELLAM GRIMMIANAM

C.T.

Dat Erdmänneken

IN LATINUM CONVERTIT

LEO LATINUS

VOCABULA TRANSPORTATIONIS ET VEHICULORUM (II)¹

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane:

PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003. N = NOVA EDITIO: a.2011.

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem primam, quae spectat ad astronomiam. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM
– IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI.
NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.
DOMESTICA – VIII. PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA
HORTULANA – IX. VESTIMENTA – X. INSTRUMENTA
PERSONALIA – XI. ARS ET ARCHITECTURA – XII.
COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.
TRANSPORTATIO ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.
SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas novam partem huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

Nicolaus Groß
LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

¹ cfr EL 163, p.5-8: VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (VIII); EL 185, p.21-27 (IX); 186; 187; 188; 189; 190; 191; 192.

Theodisce	Anglice	Francogallice	Hispanice	Italice	Latine
N 669 Straßentransport	automobile road transport	transport routier automobile	transporte terrestre de vehiculos	trasporto su strada automobilistico	trānsportātiō viālis *autocīnētica
Auto	car	automobile	automóvil	automobile	*autocīnētum, -ī n.
Beispiele für Autos	examples of cars	exemples de voitures	ejemplos de coches	esempi di automobili	exempla *autocīnētōrum
Pullman-Limousine	stretch-limousine	limousine	limusina	limousine	*limūsīna *Pullmaniāna [1. Societas Latina 1951, p.14; etymon: Limousin (Lemovicinus), regio Francogalliae. 2. George Mortimer Pullman (1831-1897). http://archive.org/stream/story_of_pullmanca01husb#page/n7/mode/2up : Joseph Husband, The story of the Pullman Car. Chicago 1917]
Kleinwagen	Micro Compact Car	voiture micro-compacte	automóvil urbano	microvettura compatta	autoraeda *microcompācta [2. https://en.wikipedia.org/wiki/List_of_the_Cenozoic_life_of_Wyoming † <i>Ogmophis microcompactus</i>]
Kabriolett	convertible	cabriolet	descapotable	spider	cisium, -ī n. [Helfer, Lexicon Auxiliare, 3.3d., Saarbrücken 1991, p.295, s.v. (CIC.Rosc.Am.19; Phil.2,77)]
Sportwagen	Sports car	Voiture sport	deportivo	granturismo	*autocīnētum lūsōrium [Eichenseer, Latinitas viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.41]
Coupé	Coupé	coupé	coupé	coupé	*autocīnētum dēsectum
Großraum-limousine	minivan	fourgonnette	monovolumen	Monovolume	*limūsīna spatiōsa
dreitürige Kombilimousine	hatchback	trois-portes	turismo de tres puertas	vettura a treporte	*limūsīna trium forium [3. CIC.off..III,38 aeneumque equum, ut ferunt fabulae, animadvertit, cuius in lateribus fores essent]
viertürige Limousine	four-door saloon	berline	berlina	berlina	*berlīna, -ae f.
Kombi	estate car	break	coche familiar	station wagon	*autocīnētum *combīnātōrium [2. Leibniz, Sämtliche Schriften und Briefe, 4.Bd., Berlin 1999, p.1997 Uterque ratiocinandi modus vel <i>combinatorius</i> vel analyticus est. Prior nempe <i>combinatorius</i> simplici quadam reflexione constat, et si quis modo admoneatur,]
Crossover-Fahrzeug	crossover vehicle	multisegment	vehiculo mixto	veicolo crossover	vehiculum mixtum
viertürige Kombilimousine	four-door hatchback	cinq-portes	coche de cuatro puertas	cinque porte	*limūsīna quattuor forium
Pickup	pickup truck	camionnette	camioneta	pickup	*autoplōstellum, -ī n.
Geländewagen	sport-utility vehicle (SUV)	vehicule utilitaire sport (VUS)	vehiculo todo terreno	SUV	*autocīnētum *extrāviāle

Geländefahrzeug	off-road vehicle	véhicule tout-terrain	vehículo todo terreno	veicolo da fuoristrada	petorritum *extraviāle [1. cfr Helfer, Lexicon Auxiliare, 3.ed., Saarbrücken 1991, p.292, s.v. Jeep: "petorritum (Americanum)"]
p.670sq. Karosserie	body	carrosserie	carroceria	carrozzeria	ploxenum, -ī n. [CATULL.97,6, Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.44]
Kühlergrill	grille	calandre	calandra	mascherina	crātes, -is f.
Motorhaube	bonnet	capot	capó	cofano anteriore	cooperculum anterius
Scheibenwaschdüse	washer nozzle	gicleur de lave-glace	pulverizador de agua	ugello del lavaparabrezza	*spargibulum vitri lavandī [1. Groß, Vox Latina 1982, p.330]
Windlaufquerteil	scuttle panel	auvent	bóveda del salpicadero	pannello di copertura	*ventifugium trānsversum
Seitenspiegel	outside mirror	rétroiseur extérieur	espejo lateral	speccietto	speculum laterāle
Scheibenwischer	windscreen wiper	essuie-glace	limpiaparabrisas	tergicristallo	*vitritergium, -ī n. [Amadeus Pacitti: De autocinetis machinatione a displosione praeditis dialogus. Sedes Vaticana (Opus Fundatum Latinitas), 1980, p.70]
Windschutzscheibe	windscreen	pare-brise	para-brisas	parabrezza	vitrum *antiāerium [Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.44]
Schiebedach	sun roof	toit ouvrant	techo corredizo	tettuccio apribile	tēctum reciprocum [2. cfr Scheller, Deutsch-lateinisches Lexicon, 2.ed., Leipzig 1789, col.1954: « Schiebefenster fenestra reciproca »]
Mittelsäule	door pillar	montant latéral	montante central	montante	columella intermedia
Antenne	aerial	antenne	antena	antenna	antenna, -ae f.
Dach	roof	pavillon	techo	tetto	tēctum, -ī n.
Regenleiste	drip moulding	gouttière	vierteaguas	gocciolatoio	+guttārium, -ī n. [http://ducange.enc.sorbonne.fr/GUTTARIUM GUTTARIUM , Guttatorium, Rivulus, canalis, stillicidium. Angl. <i>a gutter. Goutiere</i> , in Consuet. Britann. art. 712. Ugutio : Aqualitium, <i>Guttarium</i> . Alibi]
Dreieckfenster	quarter window	glace de custode	ventanilla trasera	lunotto laterale	fenestella triangulāris
Kofferraum	boot	coffre	maletero	cofano posteriore	receptāculum sarcinārium [Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.46]
Tankdeckel	fuel tank flap	accès au reservoir à essence	tapón del depósito de gasolina	sportello del serbatoio	operculum immissārī benzīnārī [2. VITR.8,6,1]
Schmutzfänger	mud flap	bavette garde-boue	guardabarros	parafango	lacinia *luticeps
Radkappe	wheel trim	enjolveur	tapacubos	cerchione	mūnīmen +vituārium [1. cfr Bauer, Deutsch-Lateinisches Lexicon, 3.ed., Breslau 1806: "Radkappe: axis munimen". - 2.vitus, -ūs f. PROB.inst.IV]


					116,22 i.q. Felge; angl. rim: cfr https://de.wikipedia.org/wiki/Radkappe : "Eine Radkappe bzw. Radzierblende ist eine Abdeckung der Felge, die aus Kunststoff gefertigt wird".]
Reifen	tyre	pneu	neumático	pneumatico	canthus (pneumaticus) [Dumaine, Conversations Latines, 3.ed., Paris 1930]
Seitenfenster	window	glace	ventanilla	finestrino	fenestra laterālis
Türschloss	door lock	serrure	cerradura	serratura	claustrum foris
Türgriff	door handle	poignée	manilla de la puerta	maniglia	manubrium foris
Tür	door	portière	puerta	portière	foris, -is f.
Seitenverkleidung	body side moulding	baguette de flanc	moldura lateral	fascia laterale	tegimentum laterāle
Kotflügel	wing	aile	guardabarros	parafango	*luticipulum, -ī n. [Palaestra Latina 1960, p.218]
Frontstoßfänger	front fascia	carénage avant	banda frontal	fascione anteriore	*pulsicipulum frontāle
Scheinwerfer	headlight	Phare	faro delantero	proiettore	lūmināre, -is n. [Thll VII 2 1823,58, Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.44]
kunststoff-ummantelter Stoßfänger	bumper moulding	moulure de pare-chocs	resguardo del parachoques	modanatura	*pulsicipulum vestitum
p.672 sq. Kraftfahrzeuge: Hauptbauteile	car systems: main parts	principaux organes des systèmes automobiles	automóviles: componentes principales	sistemi dell'automobile: componenti principali	systemata *autocīnētica: partēs pīncipālēs
Kühler	radiator	radiateur	radiador	radiatore	*refrigerātōrium, -ī n. [Eichenseer, Vox Latina 1976, p.223]
Batterie	battery	batterie d'accumulateurs	batería	batteria	pīla *ēlectrica
Luftfilter	air filter	filtre à air	filtro del aire	filtro dell'aria	cōlum āerium
Zylinderkopf-abdeckung	cylinder head cover	couvercle de culasse	tapa de la culata	coperchio delle punterie	coperculum capitis cylindrī
Zündkerzenkabel	spark plug cable	câble de bougie	cable de las bujías	cavo della candela	capulum candēlae accensivae
Zündverteiler	ignition distributor	distributeur d'allumage allumeur	delco	spinterogeno	*spinthērogenum, -ī n. [ngr.; aliter Eichenseer, Vox Latina 1982, p.335: *distributorium (+ignitionis)]
Kupplung	clutch	embrayage	embrague	frizione	cōpulātiō, -ōnis f. [Langenscheidts Taschenwörterbuch Deutsch-Latein, 1.ed., Berlin 1937, p.217]
Schalthebel	gear lever	levier de vitesse	palanca de cambio	leva del cambio	vectivulus mūtandī
Lenksäule	steering column	colonne de direction	barra de dirección	piantone del volante	stēla gubernia [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.333]
Lenkrad	steering wheel	volant	volante	volante	rota moderātrīx [Eichenseer, Vox Latina 1976, p.224]
Handbremse	handbrake	frein à main	freno de mano	freno a mano	frēnum manuāle [Eichenseer, Vox Latina 1976, p.222]

Schraubenfeder	coil spring	ressort hélicoïdal ressort à boudin	muelle helicoidal	sospensione molla elicoidale	elatēr *helicōidālis
Stoßdämpfer	shock absorber	amortisseur	amortiguador	ammortizzatore	*elastērīum, -ī n. [Amadeus Pacitti, De autocinetis machinatione a displosione praeditis dialogus. Sedes Vaticana (Opus Fundatum Latinitas) 1980, p.61]
Kraftstofftank	petrol tank	réservoir à essence	depósito de gasolina	serbatoio del carburante	immissārium *benzīnī [Eichenseer, Vox Latina 1976, p.223, s.v. Benzn 1. VITR .8,6,1]
Differenzial	differential	différentiel	diferencial	differenziale	*diaphoricum, -ī n. [cfr ngr. διαφόρουκο - aliter Eichenseer, Latinitas viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, s.v. Differential (Ausgleichsgetriebe) mechanismus transmissionis; aliter Amadeo Pacitti, De autocinetis machinatione a displosione praeditis dialogus. Sedes Vaticana (Opus Fundatum Latinitas) 1980, p.57: *anisocycla, -orum n.pl.]
Achswelle	axle shaft	arbre de roue	semieje	semiassa	axon axiālis [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.334]
Einfüllstutzen	filler neck	goulot de remplissage	boca de llenado	bocchettone di riempimento	collum infūsōrium
Schalldämpfer	silencer	pot d'échappement	silenciador	marmitta	ōlla silentiāria
Auspuffrohr	exhaust pipe	tuyau arrière	tubo de escape	tubo di scarico	tubus ēmissōrius [Groß, Vox Latina 1986, p.156]
hinteres Auspuffrohr	tail pipe	tuyau d'échappement	tubo de escape	tubo di scappamento	posterior tubus ēmissōrius
Aufhängung	suspension arm	bras de suspension	brazo de suspensión	braccio della sospensione	bracchium suspēsiōnis
Kraftstoffleitung	petrol conduit	conduit d'essence	tubo de gasolina	condotto del carburante	conductus *benzīnī
Antriebswelle	driveshaft	arbre de transmission longitudinal	eje de transmisión	albero di trasmissione	axon *impulsōrius [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.328]
Kataysator	catalytic converter	convertisseur catalytique	convertidor catalítico	convertitore catalitico	*catalytrum, -ī n. [Groß, Vox Latina 1985, p.531]
Bremspedal	brake pedal	pédale de frein	pedal del freno	pedale del freno	pedāle frēnārium
vorderes Auspuffrohr	front pipe	tuyau d'échappement	tubo de escape	tubo di scarico	anterior tubus ēmissōrius
Getriebe	gearbox	boîte de vitesses	caja de cambios	scatola del cambio	*mēchanismus trānsmissiōnis [Societas Latina, 1951, p.13]
Bremskraftverstärker	brake booster	servofrein	servofreno	servofreno	+fortificāmen frēnārium
Scheibenbremse	disc brake	frein à disque	freno de disco	freno a disco	frēnum +discāle [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.331]
Bremsleitung	braking circuit	circuit de freinage	circuito de frenado	circuito frenante	circuitus frēnārius
Auspuffkrümmer	exhaust manifold	collecteur d'échappement	colector de escape	collettore di scarico	*collēctrum tubī ēmissōriī
Lichtmaschine	alternator	alternateur	alternador	alternatore	māchina *dynamica [Egger, Latinitas 1975, p.58]
Keilriemen	fan belt	courroie de	correa del ventilador	cinghia della	lōrum cuneātum

		ventilateur		ventola	[Eichenseer, Vox Latina 1982, p.330]
Lüfter	cooling fan	ventilateur	ventilador	ventola di raffreddamento	*ventilātrum, -ī n.
Kraftfahrzeug-anlagen	car systems	systèmes automobiles	sistemas del automóvil	sistemi dell'automobile	systemata *autocīnētica
Antriebssystem	transmission systems	systèmes de transmission	sistema de transmisión	sistema di trasmissione	systema trānsmissiōnis
elektrische Anlage	electrical system	système électrique	sistema eléctrico	impianto elettrico	systema ēlectricum
Kraftstoffanlage	fuel supply system	système d'alimentation en essence	sistema de alimentación de gasolina	sistema di alimentazione	systema benzīnī supplendī
Lenkanlage	steering system	système de direction	sistema de dirección	gruppo dello sterzo	systema moderātōrium
Benzinmotor	petrol engine	moteur à essence	motor de gasolina	motore a benzina	*mōtrum *benzīnī
Auspuffanlage	exhaust system	système d'échappement	sistema de escape	scappamento	systema ēmissōrium
Aufhängung	suspension system	système de suspension	sistema de suspensión	gruppo della suspensión	systema suspēsiōnis
Bremsanlage	braking system	système de freinage	sistema de frenado	impianto frenante	systema frēnārium
Kühleranlage	cooling system	système de refroidissement	sistema de refrigeración	impianto di raffreddamento	systema refrigerātōrium

Proxima pars inscribitur VOCABULA VEHICULORUM (III).

**Haec vocabula communicatoria
excerpsit et in Latinum convertit
Nicolaus Groß
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de>

VOCABULA MUSICA DANIELIS BLANCHARD

Tue, 26 Feb 2019 21:52:29 +0000 (UTC)

Nicolao optimo Daniel sal.

curavi, ut musica verba, quae mihi deesse videbantur, colligerem et ordine ponerem. Musae vero me usque ad exeuntem mensem Martium Divione deducunt, ubi procul a domo tragoediam lyricam cano. In deversorio versor ubi conjunctio electronica tenuis, ne debilem dicam, est. Nec bibliothecam habeo, qua melius operam dare possem. Confeci tamen tabulam, tuo exemplo (quantum valui) usus.

Ut videbis, columnae vacuae sunt, quia linguam hispanicam plane ignoro, vel orthographiae in aliis linguis certus non sum. Deest interdum latinum verbum, cum ignoro, quo pacto latine dicendum sit. Tabulam proximis mensis replere conabor, si susceptum opus te juvabit.

Tibi ergo adumbrationem mitto, ut videas, an recte faciam. Sententiam tuam libenter accipiam, et consilia.

Vale multum.

Nicolaus Danieli s.

Care Daniel,

gratias tibi ago pro responsione prompta.

gratias plurimas pro indice tuo verborum. Qui nobis certe utilis erit lexicon generale scripturis. Sed in id lexicon picturatum et verbis quinque linguarum iam instructum, quod hoc tempore suppleo verbis Latinis, non possumus novas notiones introducere (ad quas explicandas desunt picturae (ne obliviscaris agi nunc de lexico picturato sive Orbe Picto, in quo talia tantum verba insunt, quibus denominantur concreta (non abstracta). Omni verbo oportet respondeat imago sive pictura!

Crede mihi, care Daniel, ea 40.000 (quadraginta milia) vocabula, quae in hoc lexico picturato insunt, in praesenti mihi sat laboriosa esse! Tamen valde laudo vocabula nobis a te donata, quae aliis in libris et textibus scribendis valde utilia nobis erunt. Unum post aliud. Non omnia possunt in uno lexico publicari. Hunc Orbem Pictum si

publicaverimus, componemus lexicon generale, cui etiam inscribemus verba a te suppleta. ... eqs.

Additiones de verbis musicis :

1 historia musicae

THEODISCE	ANGLICE	GALLICE	HISPANICE	ITALICE	LATINE
	Gregorian chant	Chant grégorien		Canto gregoriano	Cantus gregorianus
		Chant byzantin			Cantus byzantinus
		Chant vieux romain			Cantus vetus romanus
		Chant bénéventin			Cantus beneventinus
Minnesinger		Trouvère, troubadour		trovatore	tropator
		Chant mozarabe			Cantus mozarabicus
		Musique antique			musica antiqua
	Medieval music	Musique médiévale			Musica mediaevalis
		Ars antiqua			<i>Ars antiqua, id est praxis prima polyphoniae</i>
	Gothic area music	Ars nova			Ars nova
		Musique de la Renaissance			Musica renascens
		Musique baroque		Musica barocca	Musica barocca
		Musique classique			Musica classica
	Romantic music	Musique romantique			Musica romantica
	Modern music	Musique moderne			Musica moderna
Zeitgenossige Musick	Contemporary music	Musique contemporaine			Musica hodierna
	Pop music	Musique populaire			Musica popularis, vel plebeia

2 Formae musicales

Kammermusik	Chamber music	Musique de chambre		Musica da camera	Musica cubicularia
	simphony	symphonie			symphonia
	dance	danse			saltatio
	Vocal music	Musique vocale		Musica vocale	Musica vocalis
Konzert	concerto	concerto		concerto	Concentus (<i>genus compositionis</i>)

		organum		organum	Organum (<i>genus compositionis medioevalis</i>)
praeludium		prélude		preludio	praeludium
Prolog	Prologue	prologue		prologo	prologus
	study	étude			Studium
		fugue			fuga
	hymn	hymne			hymnus
Oper	opera	opéra		opera	Tragoedia lyrica
		Opéra comique		Opera comica	Comoedia lyrica
		opérette			Fabula musica
Messe	mass	messe		missa	missa
	cantata	cantate		cantata	Vocum concertus
		motet		motetto	motetus
	sonata	sonate		sonata	
		toccatà		toccatà	
Lied	song	mélodie		melodia	melos
	song	chanson		canzone	cantio
	Variety song	Chanson de variété			cantiunculae
		ouverture			
		impromptu			
	psalm	psaume			psalmus
		Suite de danses			Saltationum series
		partita		partita	
	scherzo	scherzo		scherzo	
	duo	duo			bicinium
	trio	trio			Tricinium
	quartett	quatuor			quadricinium
	quintett	quintette			quinquinium
	sextett	sextuor			
		septuor			
		octuor			
		madrigal		madrigale	

3 Saltationis genera, tam antiqua quam recentiora

		menuet			
		gavotte			
		allemande			
		chaconne			
		sarabande			
		gaillarde			

		pavane			
		rigaudon			
		gigue			
		tarentaise			
		passepied			
		valse			
		jazz			
		rap			
		Hip hop			
		blues			
		salsa			
		rumba			
		tango			
		rock			

4 Theoria musica

		solfège		solfegio	solfegium
	monody	monodie		monodia	monodia
	polyphony	polyphonie			polyphonia
	harmony	harmonie		harmonia	harmonia
		contrepoint			contrapunctus
		fugue		fuga	fuga
	scale	gamme			Scala musicalis
		degrés			gradus
		dominante			Gradus dominans
		tonique			Gradus tonicus
		ton		tono	tonus
		mode		modo	modus
	major	majeur		maggiore	major
	minor	mineur		minore	minor
	Tonal music	Musique tonale		Musica tonale	Musica tonalis
	atonal	atonal		atonale	atonalis
		polytonal			polytonalis
		pédale			pedalis
		bourdon			
		chromatique			chromaticus
		diatonique			diatonicus
		intervalle			intervallum
		unisson		unisono	unissonus
	second	seconde		seconda	secunda
	third	tierce			tertia

	fourth	quarte			quarta
	fifth	quinte			quinta
	sixth	sixte			sexta
	seventh	septième			septima
	eighth	octave			octava
	ninth	neuvième			nona
	tenth	dixième			decima
		Intervalle augmenté			Intervallum auctum
		Intervalle diminué			Intervallum minutum
		tempérament			temperamentum
		Tempérament égal			Temperamentum aequale
		Tempérament pythagoricien			Temperamentum pythagoricum
		Tempérament mésotonique			Temperamentum mesotonicum
	tuning	accord			Concordia
	To tune an instrument	Accorder un instrument			Nervos (vel fides, chordas, tubas...) concordare
		solmisation			Solmisatio (<i>cantus per nomina notarum</i>)
		Sémiologie musicale		Semiologia musicale	Semiologia musica
		Phrase, phrasé			phasis
		levée			arsis
		Fin de phrase			thesis
		Legato, liaison		legato	Ligatae notae, ligatio
		détaché		staccato	
		martelé		martellato	
		Musica ficta			Musica ficta (<i>systema alterationum in musica rensacenti</i>)
Partitur	score	Partition			Pagina musica
		homorythmique			homorythmicus
		polytextuel			polytextualis
		Appoggiature, appui		appoggiatura	nisus

5 Neumata medioevalia et notationes modernae, omnia quae in pagina musica leguntur :

	neum	Neume			Neuma, atis, n
		À champ ouvert		A campo aperto	Sine linea
		portée			lineae
		ligne		linea	linea
		interligne			interlinea
	key	clef			clavis
		altération			alteration
		dièse			diesis
		bémol			B mollis
		bécarre			B quadratus
		Double dièse			Diesis duplex
		Double bémol			B mollis duplex
	bar	mesure		misura	mensura
		Mesure parfaite (2/1)			Tempus perfectum <i>(in polyphonia medioaevalis)</i>
		Mesure imparfaite (4/2)			Tempus imperfectum <i>(in polyphonia medioaevalis)</i>
		Triple carrée			Maxima <i>(in polyphonia medioaevalis)</i>
		Double carrée			Longa <i>(in polyphonia medioaevalis)</i>
		carrée			Brevis, sive quadrata
		ronde			Semibrevis, sive rotunda
		blanche			Minima, sive alba
		noire			Semiminima, sive nigra
		croche			Fusa, sive unciata
		Double croche			Semifusa, sive bis uncinata
		Triple croche			Ter unciata
		point		punto	punctus
		liaison		ligatura	ligatura
		Silence, pause, sourir			Silentium, sive mora
		Note pointée			Nota punctata
		Division binaire			Divisio binaria
		Division ternaire			Divisio tertiaria
		nuances			intensitates
		très doux		pianissimo	Submissa voce

		doux		piano	dulce
		Mezzo forte		Mezzo forte	mediocre
		Fort		forte	forte
		très fort		fortissimo	Plena voce
		En augmentant		crescendo	crescendo
		En diminuant		decrescendo	diminuendo
		soutenu		sostenuto	tenete
	Speed, tempo	Vitesse, tempo		tempo	celeritates
		Point d'orgue			Punctus organi
		vite		allegro	celeriter
		largement		largo	large
		lentement		adagio	lente
		allant		andante	
		modéré		moderato	cunctanter
		Très rapide		presto	celerrime
		Extrêmement rapide		prestissimo	Summa celeritate
		liquescence			liquescentia
		cadence		cadenza	cadentia
		articulation			Articulatio (<i>in phrasi musica</i>)
	stress	accent		accento	accentus
	First beat	Premier temps		Primo tempo	Ictus primus
		pulsation			tactus
	beat	pulsation			pulsatio
		Vitesse, tempo		tempo	celeritas

Neumata medioaevalia sunt haec, quae nomina non habent, nisi latina. Ea damus, ne desint glossario nostro :

- virga
- (1.2) punctum / tractulus
- (1.3) clivis
- (1.4) pes
- (1.5) porrectus
- (1.6) torculus
- (1.7) climacus
- (1.8) scandicus
- (1.9) porrectus flexus
- (1.10) pes subbipunctis
- (1.11) scandicus flexus
- (1.12) torculus resupinus
- (2.1) apostropha
- (2.2) distropha
- (2.3) tristropha

- (2.4) trigon
- (2.5) bivirga et trivirga
- (3.1) oriscus
- (3.2) virga strata
- (3.3) pressus
- (3.4) salicus
- (3.5) pes quassus
- (3.6) pes stratus
- (3.7) quilisma pes

6 De voce et cantu

	range	tessiture		tessitura	
		Chanter faux			Inepte canere
		Chanter à voix seule, sans instruments		A capella	Assa voce
		À demi voix		Mezza voce	Submissa voce
		Chanter faux			Inepte canere
		Voix rauque			Vox rauca
		pleine		plena	plena
		puissante			fortis
		douce		Dolce, morbida	mollis
		petite		piccola	Tenuis, sive exigua
Hohe Stimme	high	aigüe		alta	alta
Tiefe Stimme	low	basse		bassa	bassa
Mitte Stimme	medium	moyenne			media
sopran	soprano	dessus		soprano	superius
mezzosopran	mezzosoprano	mezzosoprano		mezzo-soprano	Discantus
alt	alto	contralto		Alto, contralto	altus
Kontratenor	counter-tenor	Contre-ténor, haute-contre		contratenore	Contratenor, altus
	Male soprano	sopraniste		sopranista	Contratenor superius
		castrat		castrato	Cantor eunuchus
	treeble	Soprano enfant			Puer cantor
Tenor	tenor	ténor		tenore	tenor
	baritone	baryton		baritono	Quintus, sive bassus
Bass	bass	basse		basso	bassus
	lyric	lyrique		lyrico	lyricus
	light	léger		leggero	levis
	coloratura	colorature		coloratura	Agilitas / agilis
	melody	mélodie		melodia	melodia

		Mélopee, vocalise			melopeia
	prosody	prosodie		prosodia	prosodia
	breath	souffle		fiatto	Spiritus, sive flatus
	To sustain the voice	Soutenir la voix		Appoggiare la voce sul fiatto	Sustinere vocem
		Voix ouverte ou fermée		Voce aperta o coperta	Vox aperta aut cooperta
		posture		postura	postura
Arie	aria	air		aria	melos
		improviser			Ex tempore canere
		Chanter en mesure			Tempestive canere
		Agilité, vocalise		agilita	agilitas
		Chant orné			Cantus floridus
				vibrato	Vibratio vocis
					ornamentum
				trillo	Quilisma, nota tremula
				Ribatuto di gula	repercutio
Chor	choir	choeur		choro	chorus
		Articulation des mots		Articolazione delle parole	Verborum articulatio
		Bien former (ou prononcer) les voyelles			Vocales apte formare (vel pronuntiare)
	Sight reading	déchiffrage			
	To sing on the lyre	Chanter en s'accompagnant de la lyre			Ad lyram canere
		Flatter le son		Fare una messa di voce	Vocem inflare

7 De cantu gregoriano

		Les huit tons de la musique, ou octoécho			Octo toni musicae, sive octoecho
		authentique			authenticus
		plagal			plagalis
		Mode dorien			Modus Doricus sive re authenticus
		Mode hypodorien			Modus hypodoricus sive re plagalis
		Mode phrygien			Modus phrygius, sive mi authenticus

		Mode hypophrygien			Modus hypophrygius <i>sive mi plagalis</i>
		Mode Lydien			Modus Lydius, <i>sive fa authenticus</i>
		Mode hypolydien			Modus hypolydius, <i>sive fa plagalis</i>
		Mode mixolydien			Modus mixolydius, <i>sive sol authenticus</i>
		Mode hypomixolydien			Modus hypomixolydius, <i>sive sol plagalis</i>
	hymn	hymne			hymnus
		Verset alléluatique			Versus aleluiaticus
		séquence		sequenza	sequentia
		graduel		graduale	graduale
		trope		tropa	Tropa
		trait		tratto	tractus
	psalm	psaume		salmo	psalmus
		cantilénation			cantilenatio
	anthem	antienne			antienna
	Music book	Livre de chant		Libro di canto	Liber cantus
	gradual	graduel			Graduale (<i>liber</i>)
		missel			missale
	Song book	chansonnier		canzonario	Liber cantionum
		episème			episema
		liquescence			liquescentia
		guidon			Custos (<i>signum exeunte linea, quod sequentem notam indicat</i>)
		pause			mora
		Mesure du monochorde			Mensura monochordi (<i>ad notarum intervalla statuenda</i>)
		teneur		tenore	Tenor (<i>linea principalis in polyphonia</i>)
		Cantus firmus			Cantus firmus
	Plain chant	Plain chant			Cantus planus
		répercution			repercutio
	trill	trille		trillo	Quilisma, atis, <i>sive nota tremula</i>

		introit			introitus
Melisma	melisma	melisme	melisma	melisma	Melisma, atis, n

8 De musica instrumentali

Dirigent, Kapellmeister	Conductor	Chef (de choeur ou d'orchestre)			mesochorus (<i>id est dux musicus</i>)
	With the hand / with the foot	À la main / au pied			Manualiter / pedaliter (<i>in musica pro organo</i>)
	viol	viole		viola	fidicula
	virtuoso	virtuose		virtuoso	acroama
	harpsichord	clavecin		clavicembalo	clavichordium (clavile antiquum)
		métronome			metronomus
	Brass band	fanfare			Cornicinum grex
	Chamber orchestra	Orchestre de chambre			
	String orchestra	Orchestre à cordes			
		ensemble			grex

INDICEM VOCABULORUM MUSICORUM**COMPOSIT****DANIEL BLANCHARD****CANTOR PARISINUS**

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hôt tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EΙΣ AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mand a- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE- TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymu s (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymu s (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE -Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	0040 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI - Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner- Eschenba ch	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD- ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90

28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90




**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

HANC EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM NONAGESIMAM QUARTAM
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT



Die Saturni, 23. m.Mart. a.2019

Nicolaus Groß
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae



LEO LATINUS